

530 ÆTHER ET ÆTHEREA.

scrophulosorum et rhachiticorum; tumores lactei. — Linteo aut panno iisdem madido partem involvendo.

---

ÆTHER ET ÆTHEREA.

---

ÆTHER SULFURICUS.

Usus : Cephalalgia, aliive dolores rheumatici et nervosi sæpe subito levantur adplicando parti affectæ linteum eo madidum, moxque palma manus superposita illud arcte premendo per aliquot minuta ita ut aëris accessus arceatur (WARD). — Guttula una alterave gossypio excepta et mox denti carioso, vel auris meatui imposita odontalgiam et otalgiam atrocissimam sæpe levat. — Ambusturam mox initio adplicando curat.

ÆTHER ALCOHOLISATUS.

SYN. *Liquor anodynus mineralis* HOFFMANNI.

Usus idem fere ac ætheris. — *Aqua diluta cum melle* : Vulnera.